

# NOTÆ NONNULLA IN CONCIONE PRESSIUS DICTA

FUSIUS EXPLANANTES, QUÆ NUMERIS, MARGINI  
SIGNATARUM PAGINARUM APPOSITIS, RESPONDENT.

## NOTA I. ad pag. 2.



**T** de argumento Psalmi IX. constituendo diversas in sententias Interpretes abirent, hæc maxime ἐπιγραφῆς verba fecerunt: **לְבָנָן בַּיּוֹת** Non spernendam in illis evolvendis operam Dn. D. Christoph. Sonntagius in **pag. 204. ss.** navavit. Istud primum hic mihi dari velim, **לְבַיּוֹת** duabus, sed per Maccaph copulatis, vocibus, non una & indivisa, legendum esse. Hoe dudum utraque Masora notavit, aliumque similem, qui unicus, præter nostrum, in totis Bibliis occurrit, locum ex Psalm. XLVIII. 15. adjecit. Ita Chaldæus etiam, & ex Græcis Symmachus, legerunt, ex Latinis vero Hieronymus in nova Psalterii versione, quam in gratiam Sophronii sui ad Hebraicam veritatem adornavit. Eos, qui LXX. audiunt, quasi una vox esset, exprefsisse non equidem abnuo, nec tamen eapropter vel corruptio textus Hebræi, cum Bellarmino in *Psalm. p. 34. a.* vel saltem varia ejus lectio cum Lud. Cappello *Crit. S. I. 4. c. 13. p. 289.* protinus admittenda est. Horum, opinor, exemplum Aquilam, Theodotionem, quintæ item sextæque editionis auctores movit, ut illorum fragmenta ab auctore scholiorum Græcorum, editioni Romanæ **LXX.** adjectorum, & in Londinensi A. 1653. recusorum, collecta nos docent, quem, hucusque **ἀνάγνωστον**, Petrum Morinum, Parisinum, esse, Simoni plane nuper detexit, V. Bernard *Nouv. de la Rep. des lett. A. 1701. M. Février*

p. 208. Ex quibus scholiis sua hic, ut alias, Drusius in *Fragm. Vet. Interpr. Gr. p. 880.* descripsit. Quod si inter Kethiban his quoque verbis suus locus esset, haberent utique, qui Græcorum, quos modo dixi, exemplo, nostra Patrumque memoria binas hasce voces in unam contraxerunt, quo se tuerentur, scilicet **לְבַיּוֹת** ad Kethib, sed **לְבָנָן בַּיּוֹת** ad Keri pertinere. Nunc cum illæ ab amplissimo **לְבָנָן בַּיּוֹת** Kethiban catalogo penitus exulent, lineamque Maccaph ci- tra Hebræorum codicum consensum nemini expungere integrum sit, pro diversis certe habendæ sunt. Qua si de Nicolaus de Lyra in b. l. T. III. Bibl. Antw. A. 1617. fol. ed. col. 507. scripserit, *Dictione Hebraica Almuth in omnibus Bibliis Hebraicis, quas ego vidi, scribitur pro una dictione, & sic non potest signare super mortem; ali i viderint. Ego Massoretis, quam Lyrano, credere malo, qui in suæ ætatis codicibus plane contrarium observarunt.* Neque curiosus inquirō, utrum illud **בַּיּוֹת** cum Chaldæo, Symmacho & Hieronymo, quibus utraque versio V. T. Hebræo-Germanica, ante viginti annos Amstelod. excusa, accedit, per mortem reddendum, an, velut alterius significacionis, totidem literis *Muth* cum Munstero, Castalione, Belgis, B. Seb. Schmidio, aliisque, in translatione retinendum sit. Aliam ab **לְבָנָן** vocem esse, nec ejus compositionem ingredi, mihi nunc sufficit. Extremam vero vocem **לְבָנָן** similiter in versionibus per *Labben* transcribendam esse, iis, quos modo ex recentioribus nominavi, facile assentior, sive ea nomen primarii Ducis hostium, quorum David in ipso Psalmo mentionem facit, sive aliud quid exprimat

primat. Nam בָּבָן *l'ben* cum Trem. Gatt. Ainsw. Organum musicum quem suscipiari posse, Noldius Not. ad Concord. Part. Hebr. p. 820. ait, quod suo loco relinquo. Mihi in hujusmodi inexplicatis *ἐπέχειν*, quam levibus & incertis conjecturis indulgere, tutius videtur. Multi hoc בָּבָן de Goliatho, fateor, accipiunt, in quorum sententiam quoque Dn. D. Sonntagio l. c. p. 210. 211. ire placuit. Caussam eorum compendio Jo. Lightfootus Oper. Tom. I. p. 55. egit. Ille diserte Psalmum IX. occasione victoriae de Goliatho, a Davide scriptum sentit, & verba על-בָּבָה *l'ben* vertit: Super morte Duellatoris, quia Goliath I. Sam. XVII. 4. איש הבני *l'ben* appellatur, & Chaldaeus quoque Paraphrastes de Goliatho explicat. Sed istud mihi plane אַבְנָה *avnah* appareret. Goliathum quidem ita l. c. Samuelis vocari, & Chaldaeum, cuius auctoritas plerosque Judæos in eandem mentem abripuit, בָּבָן de Goliatho accipere, nullus nego. Sed uti Chaldaeus nobistanti non est, ut mera eum oracula fundere credamus: Ita illis Samuelis verbis, & nostro בָּבָן idem subjectum, Goliathum inquam, designari, non dicendum nobis, sed probandum erat. Goliathum, missis nugis Gemaricis apud Celeberr. Dn. Wagenseilium ad Sota p. 878. איש והבנִי *l'ben* nomine dualis numeri, ex præpositione בְּ *bay* ejecto, formato, virum medietatis seu interduos dici, quod ad duellum se offerret, non ambigo. Sed quid hoc ad בָּבָן, quod numeri singularis est? Quibus argumentis, qui ita statuunt, confident, hic esse servile non radicale, נִזְבֵּן *nizben* ponni, & nomen substantivum esse? In Hebraismo adverbia frequenter nominare, ut Seb. Schmidius in Hose. p. 13. loquitur, certum est, multisq; exemplis Glassius Gramm. S. p. 44, 45. ostendit. Sed adverbia illa, ut ejusdem regulahabet, substantivis adduntur, & adjectivorum significationē induunt. Enimvero hic non de adverbio, sed præpositione queritur, eaq; nulli quidem substantivo addita, substantive tamen, ut illi volunt, significante. Cujusmodi

exempla, quæ hujus formationis fidem faciant, ex S. Scriptura dari peto. Nam quod, præfixa alia præpositione, בָּבָן & מִבְּנִי invenimus, huc plane non pertinet. Neque video, qua ratione in Goliathum verba Psalmi quadrare queant, quæ toties de hostibus πληρωθεῖσας, & quidem ipsius Davidis hostibus, loquuntur. Hostes sane regni Judaici publicos, ut tunc Philistæi erant, David, homo, cum Goliathum occideret, adhuc privatus, suos commode dicere non potuit. Recte autem suos vocabat, qui, ipsojam Rege, arma Judææ inferentes occisi & fugati sunt. מִבְּנִים equidem v. 6. עִיר שְׁמַעְיָה *impius*, & v. 7. אוֹיֵב *inimicus* appellatur; verum istud, stylo Davidi familiari, non unicum hominem, sed collectam hostium turbam (unum per aggregationem Philosophi vocant) denotat. Marci Meibomii academiam hic præterire nequeo, quam Psalmi Dav. X. prisco Hebr. metro refit. p. 42. b. ed. Ambst. 1690. in hanc quoque vocem בָּבָן sibi sumit. Fuisse ex Judæis & Christianis constat, qui Davidem sub ista voce de industria, per metathesin, Nabalis nomen occultasse putarent; Sed Meibomius illam plane mendi postulat, & pro בָּבָן literis inversis, נְבָל scribendum contendit, ut super morte Nabal hunc Psalmum compositum esse inferat. Excitabit, spero, Deus cordatos integritatis fontium facrorum vindices, qui immanes istos unguis Criticos, majori licentia in verbum divinum, quam nemo mortalium unquam in scriptores profanos, etiam sordidissimos, ausus est, grassantes homini præcidant. Et jam ipsū est octenium, cum utilissimi hujus laboris insigne specimen, Vir CL. quem in Amicis numero, Dn. Brandanus Henr. Gebhardi, Regius in Academia Gryphica Linguæ S. Professor in Disquis. de Metro Meibom. exhiberet. Denique nec illud dissimulandum est, a quam plurimis cum veterum, tum recentiorum interpretum (nam quod omnes Jo. Bugenhagius Interpr. in libr. Psalm. p. 47. scripsit, hyperbolè sapit) hunc Psalmum IX. ad interitum regni Antichristi,

christi, atque adeo ad N. T. tempora, referri, quibus, nisi plane fallor, Hieronymiani nominis splendor pri-  
mum oculos præstrinxit. Nam Cocce-  
jus *Comm. in Ps. T. II. Oper. p. 44. a.* hæc,  
tanquam Hieronymi, profert: *Iste  
Psalmus totus in persona Ecclesie per Pro-  
phetam de Antichristo cantatur.* Quæ  
Matth. Polotanti visasunt, ut exCocce-  
jo *Synopsi Crit. & al. S. Scr. Interpr. T. II.  
cols 44.* inferenda duxerit. Sed quam  
nollem viros doctos adeo fidenter,  
quod toties fieri video, ad istum Hieronymi in *Psalmos Commentarium*,  
pro genuino licet a Mariano Victorio  
obtrusum, provocare; non, quod plane  
nihil Hieronymi illic inesse cum  
Erasmo sentiam, sed quod plura aliunde  
sic infarta sint, ut Hieronymiana ab  
illis ægre discernas, qua de re præter  
illos, quos Gerh. Jo. Vossius *Theol. Theol.  
& Hist. p. 354.* adduxit, lege Petavium  
*Theol. Dogm. T. III. de Ang. l. 2. C. 1. p. 106.*  
Rainaud. *Erot. de bon. & mal. libr. l. 1. C.  
10. p. 141.* Chamier. *Pans. Cath. T. II. p.  
82. b. 130. a.* Gerhard. *Confess. Cath. T. I.  
p. 659.* Labbe de *Scr. Eccl. T. I. p. 440.* Du  
Pin *Nouv. Bibl. des Aut. Eccl. T. III. p. 131.  
132.* Cave *Hist. lit. scr. Eccl. P. 1. p. 157.  
158.* Clericum *Art. Crit. P. 3. p. 483. ss.*  
qui p. 486. verorum Hieronymi in  
*Psalm. Commentariorum*, nescio ubi  
latentium, meminit. Et jam dudum  
Turrianus *adv. Magdeb. pro Epist. Pontif.  
l. 2. C. 6. p. 186.* ed. Col. A. 1573. *Comm. Hieronymi prolixiores, eruditissimos, quos in Psalmos scripsit, in multis Bibliothecis manuscriptos extare retulit.* Forte facem nobis in hac caligine nova operum Hieronymi editio præferet, cuius Tomum secundum ante biennium Jo. Martianay, Benedictinus Congr. S. Mauri, non uno licet obstrepente, dedit. Illa certe, quæ ut Hieronymiana Coccejus aliquid laudant, talia non esse, facile deprehendet, qui priora contenderit. Nam alterius auctoris verba recitari vel interposita particula *Aliter* arguit. Nos hic de sensu literali Psalmi solliciti, qui ad Davidis hostes tunc devictos spectat, cum nihil in illo, quod istis temporibus non conveniat, obvium sit, ty-

pice tamen eum quoq; tractari, & mystice Davidis filium Christum cum suis hostibus, ipsumq; adeo Antichristum, illic investigari posse, minime repugnamus. Quam in sententiam plane eximia Cocceius attulit.

**Nota II. ad p. 13.**

Accurate magnus noster Chemnitius *Loc. Theol. P. II. p. m. 665. 666.* quæstionem de objecto fidei speciali, cuius respectu fides justificat, ab altera illa separata, quæ est de objectis fidei generalibus, circa quæ fides inter alia quoq; occupatur in petendis & expectandis bonis, non tantum spiritualibus, sed quoq; corporalibus, quando persona etiam fide Deo reconciliata est. Et de hac, inquit, quæstione disputat Epistola ad Hebreos, quomodo scilicet fides post justificationem, per patientiam se exerceat, & accipiat varia dona & beneficia, sicut textus ipse ostendit. Balth. Meisnerus *T. III. Disp. Witteb. p. 474.* inter fiduciam fidei & fidei distinguit, quarum illa, bona spiritualia, ut justificationem & reconciliationem, tanquam præsentia, apprehendit, hæc vero, bona æterna & tempora-  
lia, ut defensionem, liberationem ex cruce &c. tanquam futura, respicit & expectat. Est hæc ipsa illa totidem verbis a Spiritu S. expressa distinctio πληροφορίας, quæ est vel πίστις Hebr. X. 22. vel ἀπόδεισις, C. VI. II. Ratione actuum, quos fides exercet, Höpfnerus *de justif. Disp. 6. p. 359.* rem sic expedit, ut aliis fiduciæ actus versetur circa meritum Christi, tanquam imputabile ad justitiam, alii autem circa meritum Christi jam imputatum occupentur. Prior actus fiduciæ justificat, posteriores autem justificationem sequuntur, quibus non modo impetrata peccatorum remissio creditur, sed & alia bona divinitus promissa, in quibus suum quoque locum beneficiis corporalibus deberi nemo temere negaverit, apprehenduntur. Fidei justificantis exercitium secundarium hos actus vocat idem Höpfnerus *Comm. in Psalm. XCII. p. 172.* non confundendum cum primo, quod prior ille actus est, & semper præ

Nota III ad p. 15.

primat. Nam מות לבן cum Trem. Gatt. Ainsw. Organum musicum quem suscipiari posse, Noldius Not. ad Concord. Part. Hebr. p. 820. ait, quod suo loco relinquio. Mihi in hujusmodi inexplicatis ἐπέχειν, quam levibus & incertis conjecturis indulgere, tutius videtur. Multihoc בָּבֶן de Goliatho, tateor, accipiunt, in quorum sententiam quoque Dn. D. Sonntagio l. c. p. 210. 211. ire placuit. Caussam eorum compendio Jo. Lightfootus Oper. Tom. I. p. 55. egit. Ille diferte Psalmum IX. occasione victoriae de Goliatho, a Davide scriptum sentit, & verba על-מות לבן vertit: Super morte Duellatoris, quia Goliath I. Sam. XVII. 4. אִישׁ הַבְּנִים appellatur, & Chaldaeus quoque Paraphrastes לְבָנָן de Goliatho explicat. Sed istud mihi plane ἀράχαλον apparet. Goliathum quidem ita l. c. Samuelis vocari, & Chaldaeum, cuius auctoritas plerosque Judæos in eandem mentem abripuit, לְבָנָן de Goliatho accipere, nullus nego. Sed uti Chaldaeus nobistanti non est, ut mera eum oracula fundere credamus: Ita illis Samuelis verbis, & nostro לְבָנָן idem subjectum, Goliathum inquam, designari, non dicendum nobis, sed probandum erat. Goliathum, missis nugis Gemaricis apud Celeberr. Dn. Wagenseilium ad Sota p. 878. אִישׁ הַבְּנִים nomine dualis numeri, ex præpositione בְּנֵי ejecto, formato, virum medietatis seu interduos dici, quod ad duellum se offerret, non ambigo. Sed quid hoc ad לְבָנָן, quod numeri singularis est? Quibus argumentis, qui ita statuunt, confident, hic esse servile non radicale, נָבָל ponit, & nomen substantivum esse? In Hebraismo adverbia frequenter nominare, ut Seb. Schmidius in Hose. p. 13. loquitur, certum est, multisq; exemplis Glassius Gramm. S. p. 44, 45. ostendit. Sed adverbia illa, ut ejusdem regulahabet, substantivis adduntur, & adjectorum significationē induunt. Enimvero hic non de adverbio, sed præpositione quæritur, eaq; nulli quidem substantivo addita, substantive tamen, ut illi volunt, significante. Cujusmodi

exempla, quæ hujus formationis fidem faciant, ex S. Scriptura dari peto. Nam quod, præfixa alia præpositione, בָּבֶן & בָּבִין invenimus, huic plane non pertinet. Neque video, qua ratione in Goliathum verba Psalmi quadrare queant, quæ toties de hostibus πληῆσθεις, & quidem ipsius Davidis hostibus, loquuntur. Hostes sane regni Judaici publicos, ut tunc Philistæ erant, David, homo, cum Goliathum occideret, adhuc privatus, suos commode dicere non potuit. Recte autem suos vocabat, qui, ipsojam Rege, arma Judææ inferentes occisi & fugati sunt. Moradixos equidem v. 6. רִשְׁעָם impius, & v. 7. אֹוּב inimicus appellatur; verum istud, stylo Davidi familiari, non unicum hominem, sed collectam hostium turbam (unum per aggregationem Philosophi vocant) denotat. Marci Meibomii academiam hic præterire nequeo, quam Psalmi Dav. X. prisco Hebr. metro refit. p. 42. b. ed. Ambst. 1690. in hanc quoque vocem לְבָנָן sibi sumit. Fuisse ex Judæis & Christianis constat, qui Davidem sub ista voce de industria, per metathesin, Nabalis nomen occultasse putarent; Sed Meibomius illam plane mendi postulat, & pro לְבָנָן literis inversis, נָבָל scribendum contendit, ut super morte Nabal hunc Psalmum compositum esse inferat. Excitabit, spero, De cordatos integratatis fontium facrorum vindices, qui immanes istos unguis Criticos, majori licentia in verbum divinum, quam nemo mortalium unquam in scriptores profanos, etiam sordidissimos, ausus est, grassantes homini præcidant. Et jam ipsū est octenium, cum utilissimi hujus laboris insigne specimen, Vir CL. quem in Amicis numero, Dn. Brandanus Henr. Gebhardi, Regius in Academia Gryphica Linguæ S. Professor in Disquis. de Metro Meibom. exhiberet. Deniq; nec illud dissimulandum est, a quam plurimis cum veterum, tum recentiorum interpretum (nam quod omnes Jo. Bugenhagius Interpr. in libr. Psalm. p. 47. scripsit, hyperbolam sapit) hunc Psalmum IX. ad interitum regni Antichristi,

Theol. p. 442. b. Κλίνεται, inquit, in prælio hostes dicimur, quum in fugam vertimus, cuius exempla ex profanis annotata Stephanus 2. Lexic. p. 250.

### Nota IV. ad p. 17.

Bibliothecam Scriptorum rerum Moscoviticarum, unde, quæ cognoscendæ Russorum religioni inserviunt, cum primis petenda sunt, satis amplam Casp. Sagittarius *Introd. in Hist. Eccl.* p. 452. ss. condidit, cui quem ex antiquioribus addā non habeo, præter unum Reinoldum Heidensteinum, Polon. Regis Secretarium. Ille *Commentar. de bello Moscov.* libros sex, eleganti stylo textos, & a Thuano, qui eos non perfunctorie in suos usus legerat, *Hist. l. 69. p. m. 305. b.* a summa accuratione laudatos, Cracoviæ A. 1583. fol. edidit, iisq; passim nonnulla de statu Eccl. Russorum interspersit. An vero sub hujus Heidensteinii nomine Jo. Zamoiscium, virum e Polonis suūmum, latitare Thuanus putet, ut Cl. Arrhen. Oernhielm in *Vita Ponti de la Gardie* p. 183. refert, alii, quidus plus otii in Thuano revolendo suppetit, inquirant. Ex recentioribus porro jungendus est Auctor anonymous libri, A. 1669. 12. Paris. impressi: *Relation curieuse de l'Etat présent de la Russie*, traduite d'un Auteur Anglois, qui a été neuf ans à la Cour du Grand Czar, et si expectationem meam, nescio an aliorum quoq; in argumento de fide Russorum parum inpleverit. Quædam etiam dabit Georg. Ad. Schleusingii *Anatomia Russie deformatæ*, Germ. A. 1686. 12. excusa. Novissimus omnium, quod sciam, est Philipp. Avril, Soc. Jes. in *Voyage en divers Etats d'Europe & d'Asie*, Paris. 1693. 12. qui passim religionem Russ. tetigit, & p. 248. singularem de statu Russ. civili & spirituali librum promisit, quem prodidisse dubito. Quod ad odium Vatinianum, quo Russis esse Christianos ab illorum fide alienos dixi, testem do, quem nominavi, Heidensteinum, qui de illis! l. 1. p. 28. Omnes, inquit, qui in religione ab iis dissentiant, etiam eos qui Romanæ Ecclesie

ritu utuntur, barbarorum loco habent, ac tamquam pestem aliquam detestantur; nihil omnino cum iis commune habere fas ducunt, ex qua existimatione illud quoq; profectum est, ut Princeps quoties externos Legatos audit, in pelvi aquam admotam habeat, quam manus quasi illorum contagio pollutas subito abluit. Possevinus *Moscov. p. 58.* Cum Principum omnium legatis collocutus (Czar) ubi illi abscesserunt, in pelvi argentea manus eluit, quasi sordium aliquid contraxerit, eare contestans, Christianos reliquos esse peripsemata. Idem rursus p. 93. sordide istius, quam vocat, ablutionis mentionem injiciens, caproceres & reliquos nobiles sic in suo schismate atque anobis Christianis aversione obfirmari addit, ut nihil supra. V. & Olear. *Itin. Mosc. l. 1. C. 7. p. 33. 34.* Quæ postea de anabaptismo Russorum dixi, auctoritate testium fide dignissimorum nituntur. Augustinus Liber Baro de Mayerberg *Itin. in Mosc.* p. 41. Moschovitæ baptismum invalidum credunt, nisi baptizandus ter in aquam vetusto Ecclesie more totus immagratur. Unde si homo in Latinare religione sacris undis ablutus ad Moschoviticam transfugiat, eum quasi non rite baptizatum per trinam immersionem rebaptizant, matrimonii, si quod ante a contraxerat, nexus solventes, ceu hominis haud legitime per januam baptismi ad reliquorum sacramentorum perceptionem producti. Relation curieuse, cuius titulum modo dedi, C. 1 p. 8. Quand quel qu' un renonce à la sienne (Religion) soit Catholique ou Protestant, il faut qu'il renonce aussi à son premier Baptême, qu'il maudisse son pere & sa mere, & qu'il crache trois fois par dessus son épaule. Junge Olear. l. 3. C. 24. p. 284. ss. ubi quoq; p. 289. Russos, cum post novæ fidei professionem ad priorem suam redeunt, denuo baptizari, eosq; suum illum anabaptismum a Græcis accepisse tradit, de quibus, quicquid Allatius de *Eccl. Occ.* & *Or. perp. Conf.* l. 3. C. 16. col. 1262. ss. contranitatur, Latinos aliquando rebaptizantibus, lege ex ipsis Pontificiis *Archivium de Concord.* *Eccl. Or. & Occ.* p. 17. & De Moni, quem Rich. Simonem esse

esse constat, *Hist. Crit. de la creance & des Coutumes des Nations du Levant*, C. 1. p. 5. 11. Nec turbare nos debent, quæ A. 1675. Herbinus de Crypt. Kijov. p. 150. scripsit, Ruthenorum anabaptismum auctoritate Patriarcharum aliquot in Synodo Moscoviensti haud ita pridem abrogatum esse. Nam id si de Ruthenis sive Russis, qui Czari subsunt, Herbinus intellexit, (ut eum intellexisse ex Moscoviensis Synodi mentione colligitur) oppido falsus est. Errorem revinco duobus testibus avowans, Herbinio posterioribus, Schleusingio & Avrilio, jam laudatis. Horum ille p. 105. Die Reussen tauften diejenigen wiederum/ die zu ihrer Religion treten/ sie mögen so gross und alt seyn/ als sie immer wollen. Selbige Apostate müssen hinter sich über ihre zuvor gehabte Religion dreymahl spucken/ und darbey alle die ihrigen/ die noch in selbiger Religion leben/ verfluchen. Ille p. 104. Leur haine (de Ruslorum odio erga Eccl. Rom. loquitur) va jusqu'à cet excès de fureur, que quand il se trouve quelque malheureux où lache Catholique, qui — quitte sa véritable Mere pour se soumettre à cette cruelle maratre, on l'oblige indissensablement, ainsi je l'ay veu moy — même, avant que de le faire passer d'une Communion à l'autre, de recevoir un second baptême &c. Sin vero Ruthenos non-unitos (quorum ab unitis dissidium & distinctionem tractat Adr. Regenvolscius *Hist. Eccl. Slavon. Provinc.* l. 4. C. 2. p. 463. ss.) in Russia nigra sive rubra, quæ & minor dicitur, Poloniae Regi obedientes, Herbinus, Kijoviæ inter illos versatus, respexit, eos quidem ad exemplum Græcorum anabaptismum sustulisse, ex *Confessione fidei*, in eorum gratiam a Petro Mogila primum conscripta, a Meletio Syrigo dein elimata, Lipsiæque demum anno 1695. Gr. & Lat. excusa, *quest. 102. p. 157. 158.* constat; sed istud nihil ad hanc Andromachen, ubide Russiæ albæ seu majoris in colis, qui in Czaris ditione sunt, agimus. Et quam vereor, ne Synodus Moscovienensis pro Synodo Constantinopolitana anni 1643. quæ synodico decreto con-

fessionem illam, ceu communem totius Ecclesiæ Græcæ, recepit, adeoque & anabaptismum sustulit, supposita sit. Extat equidem apud Schleusing. p. 117. Moscoviensis Synodi memoria, ad quam non ita pridem magnis sumptibus Patriarcha CPolitanus cum aliis ex Græcia evocatus est; Verum illam non in hoc arduo, sed longe alio levissimi momenti, quod maximarum tamen in Moscovia turbarum, multiqæ sanguinis temere fusi caussa fuit, negotio, de signo puta crucis, duobus atribus 2 digitis formando, celebratam tradit. Fortasse quoq; Græci Russos albos hac occasione a nefario illo baptisi abulu retrahere conati sunt, sed eum mansisse, quæ modo retuli, perspicue declarant. Quod denique nobis cum Russis ullam fidei communionem intercedere possè negavi, penes omnes, quos pestilens aura Syncretistica non afflavit, in confessio est. Quam enim Græci, suis erroribus insistentes, nobis irreconciliabiles sunt, ut dūdum Dn. D. Vejelius *Exerc. de Eccl. Gr. hod. ejusq; Defensione* exquisite demonstravit, tam quoq; sunt Russi, Græcorum dogmata & ritus ita amplexi, ut non paucatamen ex illis ipsis, judice Heidensteinio p. 26. cum tempus, tum Metropolitarum ac aliorum Episcoporum Principi suo obsequendi studium depravarit. Aliis itaq; non nobis, Dreierus *Orat. de Syncr.* secundis curis auctius Regiomonti A. 1680. edita, lit. E. 4. 2. & 1. 4. 1. persuasum eat, cum Moscovitis & Russis quoq; fraternal communionem habendam esse. Cujus heterodoxia, hac Oratione proditæ, jam A. 1663. B. D. Calovius in *Judicio Theol. Germ.* masculine opposuit. Sed & ab integra quadam Societate Orationem istam in *Spicilegio Antisyncretistico*, ad prælum parato, solide refutatam esse Göritzius in *Syncr. column.* lit. M. 3. retulit, quod an lucem unquam viderit, mihi quidem latet, æque ac istud, utrum ad priora, an posteriora cogitata pertineat, quod fine *Delineationis Operis de una Cath. Eccl.* quam ex MSCto Calovius *Hist. Syncr.*

I. 3. C. 7. p. 919. ss. publicavit, Dreierus scripsit, nos cum Græcis quidem facile consensus inire posse, sed non cum Mosis, qui sunt rigidissimi, ut rebaptizent nos.

### Nota. V. ad. p. 19.

Quæ de vero Psalmi XXI. subiecto, Christo, in Conc. die dreyfache guldene Krone A. 1693, excusa, p. II. ss. ejusq; Annot. 88. ss. protuli, non repeto. Theodoretus, cum Psalmum proxime præcedentem XX. ad Ezechiæ, tristis cum Assyriis bello impliciti, difficillima temporâ retulisset, eo quoq; sequentem XXI. trahendum, & liberationi dicti Regis a morbo lethali, quam promissio quindecim annorum vitæ comitata est, aptandum duxit. Πάλιν οὐνού, inquit, ὁ Γεῖος Δαβὶδ, ὃς εἰς προώτην τὴν λαὸν καὶ τοὺς ἔχοντας τὸν φαλμὸν, ἐπὶ τῷ τοῦ βασιλέως ὑγείᾳ τὸν Γεῖον ἀναγένεται. Que sane παρερμηναία discipulo & patro-no Theodori Mopsuesteni digna eit, quem, affectatione sensus literalis, omnibus, qui hodie oracula V. T. de Christo evertere student, præluisse scimus. Quid enim, quæso frigidius, imo ineptius est, quam μακρόντα ἡμερῶν εἰς ἀνάρτα ἀποστολούς, ut LXX. Psalm. XXI. 4. habent, tam brevi annorum, quos divina benignitas vitæ Ezechiæ adjecit, circulo circumscribere? Post cœptam reformationem de Davide hunc Psalmum inter primos accepit Aretius Felinus, pseudonymorum Placcianorum catalogum in nova, quam avide expectamus, editione aucturus. Martinum namq; Bucerum isto sub nomine latere voluisse, ipse Epistola ad Zwinglium, quam Hottingerus Hist. Eccl. T. VIII. P. 4. p. 231. ss. ab interitu vindicavit, significat. Is igitur Aretius Felinus Familiar. Explan. in Psalm. fol. 93. a. Haud raro, inquit, Psalmi junguntur, qui eadem occasione composi sunt, & eadem de re canunt. Quod ubi exemplis Psalmi III. & IV, item XI. XII. XIII. & XIV. illustrasset, adiicit: Ita exstimo de eadem victoria, de qua est Psalmus XX. & hunc XXI. canere. Sed recte Brentius in h. l. T. III. Oper. p. 295. veram Psalmi sententiam magis ex Psalmo ipso, quam ex ordine ejus petendam impletum esse.

esse respondet. Ex nostris Sam. Bohlius in Analyt. paraphr. Psalm. p. 125. ss. itidem Psalmi nostri ἐντὸν de Davide interpretatus est, sed cum omnium verborum emphasin sic exhaustiri non posse probe cerneret, Davidem v. 5. & 9. ad Messiam respexit agnovit. Quod si igitur aliqua ad Messiam pertinent, dicendum erat, quid impedit, quominus & reliqua eo spectent. Neq; etiam literalis sensus unitas admittit, ut duplex unius orationis subjectum, David scilicet & Messias, constituatur, nisi sensus semiplenus verbis subsit, qui ex intentione Dei revelantis ad sui complementum duo subjecta uniprädicato jungere postulat, V. Scherzer. Brev. Hulsem. enocl. p. 59. 60. Cujusmodi defectum in hoc Psalmo nullum agnoscimus. Quid in Ecclesia Romana Simeonem de Muis in h. l. p. 102. induxit, ut non a multis tantum ex Hebrews, recentioribus etiam, qui hunc Psalmum de Messia accipiunt, sed quoq; suis refere omnibus, quod ingenuo fatetur, de Christo eum explicantibus, seorsum iret, & ipsum vel aliquem in gratiam Davidis, vel Davidem de seipso, cecinisse scriberet, parum constat. Non debuit illi certe, boni interpretis munere defuncturo, hujus & antecedentis Psalmi proximitas, quæ ei tamen quam maxime imposuisse videtur, argumenti laus persuadere. Neq; nobis commodat, quod quæcunq; de Davide dicuntur, ad Christum facile accommodari posse, largitur. Accommodatio enim aequivoce sensus est, & ad probandum vim nullam habet, ut recte Bonferius Præloq. in Scr. S. p. 78. Plana nimis hæcad subruendas V. T. quæ de Christo loquuntur, prophetias via est, tot sacrarum literarum corruptoribus, maxime dudum Theodoro, quem modo nominabam, Mopsuesteno calcata, V. Mornæ. Reponse aux Theol. de Bordeaux p. 396. 397. Rivet. Oper. T. II. p. 938. Clotz. de dolor. anim. Cbr. p. 87. ss. Et poterat utiq; Muisius tanto majori facilitate psalmum totum de Christo, quam Davide, intelligere, quando ipse agnoscit, v. 5. ad II. Sam. VII. 13. respici, & illud in Christo aeterno Rege Psalmo ipso, quam ex ordine ejus petendam impletum esse.

Nota

## Nota VI. ad. p. 35.

Verbum מֵצָא hic, propter sequens lamed, non per *inveniet*, quæ propria ejus significatio est, sed חספִיק sufficiet, Michlal Jophi fol. 167. col. 4. exponit, & pro stabilienda hac interpretatione ad Num. XI. 22. provocat. Quod illum ex Kimchio, pro more, descriptissime constat, cuius mentem latius Simeon de Muis pandit. Kimchium hic dudum quoq; Felinus laudavit & secutus est, ac plures post eum Christiani interpretes, a quibus recensendis nunc mihi temporo. Ex hoc fonte Buxtorfi observatio hausta est, quam *Lex. Hebr. Et Chald. p. 428.* proponit: נַעֲמָה constructum cum יְהָיָה est satis esse, sufficere, ut Num. II. 22. vide Et Jud. 21. 14. Et 2. Sam. 18. 22. ubi & paulo post passivum נַעֲמָה eodem modo Jos. 17. 16. & Zach. 10. 10. vult accipi. Sed quam Lexica Bibliae bodie extantia ad intelligentiam λέξεως sacrae non sufficient, ut Pfeifferus Critic. Sacr. p. 168. ss. ostendit, vel hæc ipsa sufficiendi significatio, verbo נַעֲמָה imposita, docere potest, quæ profecto, ut Scholæ terminis loquar, non formalis, abstracta & primaria, sed materialis, concreta & secundaria est, nec a constructione substratae materiae dependet, cuiusmodi significationes plures, inter quas est illa *incidendi* vel *irruendi*, de qua deinde, hoc verbum admittit. Nempe נַעֲמָה formaliter & abstracte est *invenire*, quam unam ejus significationem quoq; tantum Avenarius & Coccejus in Lexicis suis admittunt. Sed cum, qui aliquid invenit, vel in re inventa acquiescat, vel ea sibi nondum satisfactum esse putet, hinc fit, ut verbum נַעֲמָה materialiter, pro circumstantia sermonis, modo *sufficientiam* modo *insufficientiam* (Tertulliani hæc voces sunt) simul includat. Planissimum hoc est ex lingua Samaritana, quæ duo verbi נַעֲמָה derivata servat, videlicet נַעֲמָה & אַבְנָה, quorum alterum per *sufficientiam*, alterum per *deficientiam* Castellus Lexic. Heptagl. col. 216. reddit. Conf. col. 147. Itaq; loca

Buxtorfio citata propius inspicienes, in omnibus, non obstante lamed, *inveniendi* sensum verbo נַעֲמָה inesse deprehendemus. Num. XI. 22. si נַעֲמָה ad pecora, boves & pisces referas, de tanta eorum copia invenienda Moses quærebat, quæ tot centum millibus hominum per mensem alendis par esset; si vero ad populum ipsum, eum sibi carnem, quam tam anxie desiderabat, abunde inventurum Moses dubitabat. Unde ipse Dav. Kimchi apud Pagni- num Thesaur. Ling. S. col. 1258. utroq; & *inveniendi* & *sufficiendi* significatu explicat. Avenarius ελευθερίας dictum existimat, & ita vertit: *Ut inveniatur eis* (*sufficientia*). Jud. XXI. 14. Seb. Schmidius ad b. l. p. 1542. Lutheri versionem, quæ *inveniendi* verbo utitur, præ alterailla, quæ per *sufficere* transfert, probat, & ex textu firmat. II. Sam. XVIII. 22. idem Schmidius ad b. l. p. 823 Germanice ad literam vertit: Es fiudet sich keine gute Botschaft für dich. Jos. XVII. 16. Masius quidem ad b. l. p. 257. ed. Antw. illam plerorumq; Ju- dæorum cum Chaldaeo & LXX. consentientem versionem, quæ נַעֲמָה redit satis erit, affert, alterutram tamen earum interpretationum, quas dede- rat, adjecta egregia de hoc verbo ob- servatione, præfert. Addo verba Ri- beræ in Propb. min. p. 730. b. Non in- venietur nobis mons, id est, locus in monte, hoc est, non habitabimus ibi, licet velimus, quia Chananae obstabunt. Zach. X. 10. recte ad verbum *vertas*: *Et non in- venietur eis*, sc. locus, ut ellipsis Vulgata supplet. Arias Montanus quoq; hic pro Pagnini verbo, *sufficiet*, substituit: *invenietur*. Ita נַעֲמָה nusquam *sufficere*, sed ubiq; *invenire* significat, et si non nullis in locis *sufficientiam* connotari non inficiemur. Unde & in hoc no- stro Psalmo idem est ac *invenire*, cum singulari tamen emphasi phraseos He- braicæ, *invenire hostem*, quam de eo usurpari Bochartus Hierozoic. T. I. l. 2. C. 21. col. 243. ostendit, qui *incidit*, vel etiam *irruit in hostes ex improviso*. Movit, fateor, Bocharto Dn. Wagenseilius ad Sota p. 217. 218. de verbo נַעֲמָה scrupu- lum,

um, sed qui nostræ explicacioni adeo non officit, ut Wagenseilius etiā illam cum Bocharto tueatur. Quaratione Iamed in לְבָנָה non potest non accusativi nota esse, quod munus alias toties quoties obtinet, ut a Noldio *Concord. partic. Hebr. p. 467 ss.* conglobata exempla docent. Seb. Schmidum quidem *Colleg. Bibl. prior. p. 313.* scribere non ignoror, vix clarum haberet exemplum, in quo Lamed nota accusativi sit; sed cum tot ipse in accuratissima versione V. T. exempla, in quibus noster quoq; locus est, dederit, ab illa sententia eum postea discessisse palam est.

### Nota VII.ad. p. 37.

Rationem, cur nomen בָּנָה Hebræis humerum notet, cum in ipsis linguarum Orientalium tenebris melius non posset, ita doctissimus ætate sua Hebræus, & Merico Casaubono *Comm. de ling. Angl. vet. p. 188. 189.* magnifice laudatus, Jo. Avenarius *Dictionar. Ebr. p. 776.* expedit, ut, quam recte in Kal supponit, licet in V. T. non obviam, Radicem בָּנָה non tantum, ante lucem surrexit, sed & erexit humerum sur gendo de lecto, significare tradat. Quod non alia de causa eum adjecisse apparet, quam ut hinc nomen בָּנָה humerus, derivandianam caperet, quem, inquit, surgens ex lecto erigit homo. Transcripsit hæc postrema, Avenario non laudato, Ed. Leigh *Crit. S. P. I. p. 251. b. ed. Lond. A. 1650.* sed dum priora illa, quæ denominationis rationem ex Avenarii sententia continent, omisit, Lectorem magis turbat. Longe planiorem viam, ad investigandam in hac radice humeri notionem, lingua Æthiopica monstrat, in qua idem ipsum verbum significat bajulare, ferre, portare, &c. ut primus omnium Lud. de Dieu, itidem mutile a Leighio descriptus, *Animadv. in V. T. p. 54.* deinde Hottinger. *Lexic. Harmon. p. 506.* Ludolf. *Lex. Æth. col. 141. ed. Lond. & Castell. Lex. Hept. col. 3753.* docuerunt. Ita hic quoq; grata filia matri reddit, quod olim quidem habuit, sed perdidit inuria temporum, quæ divitias locupletissimæ linguæ

Hebrææ in unum Codicem lacrum V. T. arctavit. Atq; hinc nomen בָּנָה eam corporis partem proprie exprimit, quæ quam maxime bajulandis oneribus apta nata est, humerum scilicet, & dorsum. Hanc humeri vocem in suis versionibus nostro loco bene multi quidem, post LXX. & Hieronymum, retinent, sed in ejus sensu varii sunt, quorum nonnulli, si non tam ad ipsam vocem seorsum sumptam, quam totam phrasin, ponere aliquos humerum, attendissent, forte parciores in conjectando fuissent. Humerum itaque hic alii ad Deum, alii ad hostes referunt. Qui ad Deum (cui humeros attribui negat Maimonides in *More Nevochim P. I. C. 46. p. 67. ed. Buxt.*) referunt, vel de eo impios post ter gum suum, ne ejus faciem videant, projecturo, eosq; posthabituro & nihil curaturo, explicant, ut Titelmannus & Gordonus; vel Deum hic habitu eorum, qui arcu jaculantur, representari putant, quorum cuiq; id, in quod tela dirigit, ante humerum suum est, ut Arias Montanus. Qui vero hostium humeros intelligunt, non unum explicandi modum tenent. Alii enim de dejectione capitis inter humeros, ut subjectionis argumento, referente Henr. Mollero, accipiunt. Est qui dor sa hostium, tanquam partem flagellis expositam, cogitet, ut nimis toti sic flagellandi sint, quasi toti sint dorsum; quam sententiam viri cuiusdam gravissimi, cuius auctoritas, ut pareat, apud se magna semper fuerit, se valde mirari, ait Simeon de Muis. Eum autem Bellar minum esse video *Comm. b. I. p. 83. a.* De miseriis & calamitatibus, quibus hostes onerandi sunt, glossa margin. Lutheri nostri interpretatur, quæ in omnibus antiquioribus Psalterii editionibus extat, ne quis aliunde intrusam putet. Idem Brentius, Gesnerus & Glaphius Rhetor. *S. p. 342.* sentiunt. Geiero quoq; hæc interpretatio omnium videtur optima, que & proprietatem vocis retineat, & cum constructione præcedentis v. 10, apprime consentiat. Frequentior

tior tamen est, quæ de hostibus in fuga terga dantibus exponit, sententia, ipsi Lutheri alibi grata, & dudum a Theodoreto Oper. T. I. p. 474. inculcata, qui pro ea hanc Symmachii versionem adducit: 'Οἱ ἦρεις (sic enim, & non Ιάξεις, quod scholia Græca ad LXX. habent, Theodoretus legit) αὐτὸς ἀντόφεις. Ita quoq; Mollerus, Flaminius, Mourettus, Sa, Menochius, Tirinus, De Muis. Hanc hostium fugam novæ suæ explicationi Seb. Schmidius substernit, qui Append. ad Psalm. prop. de Christo p. 92. ponere aliquem humerum, existimat e re bellica sum tam phrasin esse: ubi sagittarii, qui fugientes hostes persequuntur, eos in humeros feriunt, ut per cor tela penetrant, moribundiq; concidant. Quæ latius idem in Königl. Weissag. p. 1363. tractat, & exemplo Achabi ex I. Reg. XXII. 34. illustrat, de quo tamen hæreas, an averlus & in fuga lethale vulnus per humeros acceperit, cum contra Syros eum in curru sterisse v. 35. adeoq; adversa cum iis fronte pugnasse constet, telum quoq; istud facile per anteriorem armorum commissuram ingredi potuerit. Si quæ plures ad hanc classem pertinent tentiæ, eas ex Hammondo aliisque Matthæus Polus dabit. Pergimus ad illos, qui οὗτος hic non humerum, sed cum paraphrasi Chald. partem vertunt, eamq; plane de loco, regione, aut angulo interpretantur, quo Deus hostes a suis semotos seorsum positurus fit. Id præter Judæos Felinus, Munsterus, Flacius in Clavi Scr. S. P. 1. p. 402. 403. Bohlius, aliiq; amplexi sunt. Nempe οὗτος quoq; partem terræ, certumq; ejus tractum denotare, ex Gen. XLVIII. 21. apparet. Sunt equidem, qui cum LXX. urbem Sichem illic exprimisentiant, quod Paulo quoq; Fagio in Annot. ad Targum b. l. placuit. Sed illis τῷ οὐρανῷ vocis γῆς manifeste repugnat, quæ neutiquam nomini proprio, optime autem appellativo, convenit. Neq; tamen quamcunq; terræ partem ita dictam puto, sed illam, quæ situ eminentior esset, & præ-

reliqua terra, ut humeri præ aliis corporis partibus, extaret. Certe ipsa Sichem urbs, quam ab humero nomen accepisse Greg. Francus Lexic. sanct. p. 309. agnoscit, istud ideo nacta mihi videtur, quod elevatori loco condita esset, sicut enim in monte Ephraim sita, V. Adrichom. Theatr. terr. S. p. 30. b. Ita Latini quoq; dorsivoce omnes editiores tractus appellant, ut ex Horatio, Livio & Plinio Dn. Christoph. Cellarius Lex. Lat. p. 474. ostendit. Imo plane ad superficiem maris designandam eadem ab illis vox, ut a Græcis Ιάνθη, est adhibita, V. Barth. ad Stat. T. III. p. 188. Atque hæc translati nominis οὗτος conditio effecit, ut pluriimi interpretes, generali illa partis significatione non contenti, specialius tumulum vel aggerem hoc psalmi loco verterent. Quo de Calvinus ita persuasus fuit, ut ne quidem dubitandum censuerit. Adde Vatablum, Junium & Tremellium, Belgas item & Coccejum. Cum enim hostes cum scopo, quem tensus Dei arcus sibi præstituit, hac voce comparari crederent, (quomodo & multi partis vocabulum, quod hic usurpat, intelligunt) scopus vero altiori a terra loco figi soleat, hinc suo etiam scopo tumuli vel aggeris vocem convenientiorem esse judicarunt. Quam me sententiam quoq; elegisse professus sum, quod sic omnia in hoc versu sibi examussim respondeant. Licet enim diversas in eodem versu comparationes adhiberi non sit insolens; quia tamen in quolibet quatuor versuum proxime præcedentium, qui suam hostibus cladem & internectionem continuo sermone denunciant, utraq; hemistichii pars se mutuo interpretatur, in hoc quinto quoq;, qui hanc materiam claudit, idem factum esse tanto verisimilius mihi visum est, quo minus contorti quidquam in illa, quam secutus sum, explicatione deprehendi. Quod si cuiquam alia eartum, quas recensui, interpretationum magis arriserit, per me ea utatur licet, nihil enim H 3 hic

hic analogiae fidei deteritur. De voce  
בְּיִתְרֹויָה & an LXX. cum Vulgata eam  
recte, quod Bellarminus afferit, verte-  
rint, nunc brevitatis studio, nihil addo.

### Nota. VIII. ad p.39.

Ad horribilem exsecutionem sup-  
plicii Ammonitici II. Sam. XII. 31. hic,  
ut Geierus ait, alludi, imo hoc quoq;  
igneæ iræ, quam Deus in hostes suos  
evomuit, exemplis accensendum esse  
nulli dubitamus. Sed huic communi  
sententia Seb. Schmidius Comm. in b. I.  
p. 544. 583. intercedit, & illa ferrarum,  
tribularum &c. supplicia mitiganda  
putat, ut vulneribus tantum Ammoni-  
tarum corpora cruciarint & signarint,  
iisque perpetuam ignominia, quæ  
jure talionis ignominiam Davidis  
legatis illatam rependeret, notam  
inifferint. Ex qua molliori sententia  
fornax quoq; lateraria ignita tradu-  
etos non plane absumpserit, sed tan-  
tum dolenter adusserit. Sic ille com-  
modissime Davidem a crudelitate, cu-  
jus multi hic eum alligant, liberandum  
duxit. Sed cum textus nihil suppedi-  
tet, quod istiusmodi leniorem Ammo-  
nitarum castigationem suadeat, locus  
vero parallelus I. Chron. XX. 3. illam  
non admittat, receptæ cum Judæorum  
tum Christianorū interpretationi in-  
hærere consultius videtur, V. Buxtorf.  
*Anticrit. p. 388.* Jo. Meyer. *Annot. in Seder  
olam p. 543.* Quod igitur speciatim ad  
ignis supplicium attinet, phrasin He-  
bræam de combustione Ammonita-  
rum in loco ubi lateres uruntur, cum  
Glaffio Gramm. S. p. 879. Hillero de Arc.  
Kethib Et Keril. 2. p. 326. aliisq; accipi-  
mus. Conf. Jo. Cunr. Dieterich. Specim.  
*Antiq. Bibl. Cl. I. p. 134.* Neqve est, quod  
verbū **הַעֲבֵיר** de execrandis Molo-  
chi sacris alias usurpatum, nudum tan-  
tum per ignem transitum hic indicare  
quis excipiat. Est, fateor, hæc illius si-  
gnificatio non infrequens. Verum ta-  
men eo non raro quoq; combustionem  
designari, quamplurimis S. literarū &

antiquarum gentium exemplis edoce-  
mur, de quibus præter ea, quæ Jo. Lun-  
dius, magna testium caterva stipatus,  
im offensi. Gottesd. der Alt. Hebr. C.  
36. p. 675. ss. dixit, lege Owen. *GeoL  
natvrd. I. 5. C. 7. p. 348. 349.* Goeree *Joodse  
Oudhed. I. 10. P. 6. p. 1320. ss.* Spencer. *de  
leg. Hebr. rit. I. 2. C. 10. p. 288.* Wits. *Mi-  
scell. sacr. I. 2. Diff. s. p. 615. 616.* Braun. *se-  
lect. sacr. I. 4. C. 8. p. 473. ss.* Chevræana  
*T. I. P. 1. p. 397. ss.* Quo posteriori sensu  
**הַעֲבֵיר** hoc quoq; loco sumendum esse  
non diffitebitur, qui Ammonitas a Da-  
vide infesto igne in vindictam petitos  
attenderit, unde hunc ignem non lu-  
stricum, quem sancta Davidis anima  
detestabatur, sed consumentem tuisse  
oportet, sive in eum Ammonitarum  
pars, vivicomburio reservata, sive  
omnes ferris prius dissecti tribulisq;  
protriti, conjecti fuerint. Cœpit ex-  
hinc de actionis hujus Davidicæ, quam  
vocant, moralitate disquiri, aliis eam,  
maxime inter Pontificios, ceu sævam  
& inhumanam, reprehendentibus, aliis  
vero tanquam justam approbanti-  
bus. Ex nostris, quos nunc tantum  
tango, utrumq; sed diverso tempore,  
adeoq; diversis sententiis, Dannhawer-  
rus fecit, illud *Hodom. Calv. P. I. p. 320. 321.*  
Sanctum tunc, ut utriusq; inter se col-  
lata verba docebunt, secutus; istud  
*Lact. Catech. P. VI. p. 725. 726.* ubi exsecu-  
tionem quidem acerbam, ad speciem  
crudelem & barbaram, justam tamen,  
esse contendit. Eadem dudum Brentio  
mens fedit, qui *Oper. T. II. p. 790.* *juſto  
Dei supplicio Ammonitas tanta crudelita-  
te interfec̄tos scribit. Conf. Luc. Osiandr.  
in b. I.* Ex recentioribus Davidis cau-  
sam hoc in negotio Dn. Franc. Wör-  
gerus in *Primit. Diff. sacrar. tortiter egit,*  
quarum priorem totam uni huic ar-  
gumento dicavit, eiusq; C. 3. p. 9. ss.  
vera supplicii Ammonitarum caussa  
detecta, Davidem ab omni crudelitate  
afferuit. Cui sententia omnino sub-  
scribo.